



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

Quæst. 1. Quod iudiciu[m] de seruis & præmium?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

nam ipsi etiam Sectarii de donis interpretantur, vt Bezæ, Bullingerus, Musculus. Aiunt etiam eos perituros, qui in Euangelio negligentes fuerint. Securitas certe non potest dari; nam varia est & incerta negotiandi fortuna. Et si rem consideremus, securissimam qui fuit, damnatus est. Talentum inquit reddo, quod tuum est, memissum face. Quasi dicat, nihil hic labore opus est, credo mihi non imputari negligentiam, credo iustum me esse. Alii lucrati sunt, & duplicarunt, (vbi quædam Græca exegesis ex glossa habent) at mihi curæ non fuit, vt essent *ἐνεργητικὰ* tua, vt auferentur, sed vt meæ securitati consulere; Sciebam enim, mandata tua esse impossibilia, & opera ad salutem non facere.

VERSUS 19. & sequentes.

Post multum vero temporis venit Dominus seruorum illorum, & posuit rationem cum eis. Et accedens qui quinque talenta acceperat, obtulit alia quinque talenta, dicens: Domine quinque talenta tradidisti mihi, ecce alia quinque superlucratus sum. Ait illi Dominus eius: Ego serue bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, &c.

QUESTIO I.

Quod iudicium de seruis, & primum?

§. 1. Post multum temporis Dominus rediit, vt magis esset negociandi copia, & si quid damni fecissent, vt fieri affoleat, id diligentia, & industria restituerent. Longum tempus est, illud, quod in præcedente parabola indicatum est per moram sponsi. Venit tamen, & rationem ponit cū seruis suis, *αὐταί γε*, simul ponit; nempe rationes expensæ & accepti confert, id vero in generali, & particulari iudicio. Syrus, *נאמן רצונה*, quod dicitur de accurata, & meditata ratione, a verbo *רצה* quod est studiose, acute, & prudenter moliri, cogitare. Nam omnium ditorum, etiam verbi oculos reddent ratio. Nihil enim occultū, nihil erit impunitū. Cogitationes omnes nō facta modò clarā in luce apparebunt, & accusabunt. Neminem tutum redet vel tans, vel tenebræ, omnis tergiversandi est absumpta occasio. Quales inquit S. Amb. 1. S. in Euan. Luc. autem mites qui possunt metum futuri collibere iudicii, cum scriptum sit: Tremor ante te montes occupabit: & celum & terra transfuerunt: Quomodo terrarum portio manebit immūis, aut tuum me poterit, quæ nec ipsa se seruat? Vbi igitur me ab ira eius abscondam, qui conturbat profundum maris? Si ascendero in celum, ibi est: Si descendero in infernum, adest. Non ego falli possum, qui vbiq; est, sed placari. Adest itaque iudicii dies: Si non vix comprehendi, quotidie time, quotidie fuge. Quæris quomodo fugias? Ascende in montem qui euangelizet Sion, vt ex celorum vertice possis eminere meritorum. Deus enim montium, & non vallium est. Ascende eo, vbi Christus sedet ad dexteram Dei, cuius fundamentum in montibus sanctis, & montem circum dicitur. Mons tuus Paulus, mons tuus Petrus est. Super eorum fidem mentis tue locato vesigium. In lege Dei, acque hæreditate fidei constitutos iudicii dies non ad pernam inuenit, sed ad gloriam.

§. 2. Eo in timore operatus est ille seruus, qui adueniens dicere potuit: *ὁ κύριος ἐκέλευσεν ἐπ' αὐτοῖς*, Adams Conzen in Ehang. Tom. 1.

alia quinque lucratus super ipsa, noster legit, *ἐπὶ τῇ ἰδίᾳ* *ἀποτίς* superlucratus sum ipsis. Syrus: *עליון* super ipsa. Laudatur, Retulit enim argentum quod accepit, & tantundem qui lucrati sunt. & nam ex Græco esse glossa testatur *ἐπὶ τῇ ἰδίᾳ* *ἐν* in lingua Ianan, seu Ionica, hoc est Græca. Eadem voce laudatur & qui duo superlucratus est.

Non tamen ille supra multa, vel paria, vel numero æqualia constitutus est. Nam alter decem talenta habet, hic quatuor. & iam supra ostendi. Hieronymus ex his meritorum disparitatem demonstrat. Ita Merita imparia. Iovinianum ille ex eo conuincit, meritorum paritatem in Ecclesiam inducere parantem. Nostorum sectariorum furor, non modo paritatem, sed ipsa merita, adeoque ipsas virtutes excidere conatur. Bullingerus hoc loco ambigue loquitur claritate textus conuictus, & sua hæresi impeditus ne omnino vera fateatur. [In eo autem iudicio oportet vnumquemlibet nostrum rationem reddere omnium eorum, quæ dixit, & fecit. hoc est, quomodo donis sibi à Deo concessis usus sit in hoc sæculo. Et paulo post. Per duos seruos omnes boni per Ecclesiam significatur, quorum vt est dispar gratia, ita fructus quoque impar. Et deinceps. Proinde cum ipsi de se modeste sentiunt, merentur habere ipsum Dominum laudatorem. Nam ipsi iam prædicat, ac collaudat, ipsorum fidem ac diligentiam, præmiumque confert iustis, atque pulchris virtutibus, Euge, inquit, &c. Et paulo post; Ineffabilia ergo dona rependuntur fidelibus seruis à Domino. Nam intra, ait, in gaudium Domini tui, &c.

Hæc vere & catholicè. Nec illud male. [Rursus quisquis liberalissimam Dei beneficentiam expertus, dispensatione plurimum valet, & lucrum indies facit amplissimum, meminerit se aliena liberalitate felicem esse, Deo ergo gratias agat, &c.] Quod a. communi suorum errore, meritum, ideoque præmium negat, cū hisce consistere nō posse, ipse sine dubio iudicauit.

Non potest vlli dubium esse eos mereri dominum laudatorem, vt Bullingerus ipse fatetur. Nam cum dona sint gratuita ipsa talenta, operatio, & cooperatio, lucrum ipsum; non est gloriandum; sed Deo gratia habenda, qui sua dona, nostra voluit esse merita. Et primus quidem plurimum fructus Deo retulit, fructus ille est augmentum gratiæ, & bonorum operum exercitatio, & quicquid inde in alios utilitatis deuenit. Fructus ille ex merito est, quia ex promissione redemptoris. Nam gratia dispar, & fructus impar, quia responder gratiæ. In Ecclesia sancta sedulitate pensare iubet, quod hætenus deminutum dolet. Promissio igitur Dei tenetur in Ecclesia, qua constat, posse pensari sedulitate sancta quod deest, id si fiat, non deerit ex fœdere manus munifici liberatoris.

Quod si etiam quispiam lucrum facit amplissimum, de liberalitate Dei liberalis, non est dubium lucrum esse ex pacto, ideoque ex merito, licet, pactum, & meritum sint ex gratia, solum autem debitum ex pacto. Superlucratus sum, vterque dicit, non exprobrando Deo labores suos aut merita, sed gratias agendo, quod gratiam dederit, & ex gratia laborantibus præmium promiserit. Si Deus collaudat fidem, & diligentiam, si præmium confert iustis, & pulchris virtutibus, & confert ex promisso, vi iuramenti sui, etiam confert ex merito, quod ipse promittendo fecit meritum; alioqui nulla mercedis expectatione omnia facere etiam oportet. Laudat autem bonitatem & fidem, nec modo laudat, sed propter eam, supra multa, inquit, te constituam. Cum ergo Dominus vniuersorum pronunciet; se eos supra multa constituturum quia super pauca fuerunt fideles, non oportet seruum negare mercedem reddi operibus, cum Dominus prosteatur. Quis obsecro hominem ferret, hic de sola fide

R r garrien-

garrientem, & fiduciatione illa sceleratissima, qua
certissimo persuadent, in gaudium Domini se intra-
turos, et omnibus criminibus sint coopti, modo fi-
dem retineant? Quod fiet, de quibus Iacobus. Andr.
Conc. 4. in c. 21. clamat. [Atq; ut totus mundus agno-
scat, eos non esse Papistas nec operibus fidere, illo-
rum etiam operum nullum penitus exerceant.] Quid
si autem ex eorum sententia quispiam dicat, ut Beza
& Lutherus. [Omne opus optime factum ex natura
esse peccatum mortale?] Nonne hunc patrem fami-
lias redarguit, & seruos ipsos. Illam quidem qui lau-
det peccata mortalia, & premio dignetur. Hos au-
tem qui tanquam re bene gesta mortalia peccata Do-
mino referant, imo referendo, quid egerint, peccent
mortaliter. Enge ser ue bone, multa peccata mortalia
fecisti, intra in gaudium Domini tui. Ex natura, in-
quunt, esse mortalia, Deum illis non imputare, at in-
super laudat, & commendat, non modo condonat.
Deum, inquit Bullingerus, merentur habere laudatorem.
Non minus laudari Deo peccata, quam remunerari
debent. Quid igitur ille qui elicitur in tenebras, exte-
les non pe-
tiores, ille, inquit, peccauit mortaliter. & Deus illi im-
punit mor-
tali. his non imputauit; quamuis ergo alius plura, alius
taliter o-
pere fide-
tatis.

Hereti-
corum im-
pietas.

Hereti-
corum im-
pietas.

angusta est via, oportet te esse tenuem, si vis per eam
transire. Caterum qui operibus onerati sunt, sicut
Conchilibus videmus onustos Iacobi peregrinos, ii
non poterunt penetrare. Et serm. de discipulis Petri.
Quanto sceleratior es, tanto citius Deus gratiam
suam infundit. An hic de Deo, an de demone ali-
quo loqui videtur? Quia Ambrosius sentit & co-
potor Lutheri contra maiorem Lutheranum librum
flagitiosissimo titulo inscriptis. Quod opera sint pernicio-
sa ad salutem. Qui docet, inquit, quod bona opera sint necessa-
ria ad salutem, hic iam anathematizatus est. credo sane ful-
mine Ambrosiano, non Christi, non huius patris
familias, qui seruis suis opera necessaria ad salutem
iudicio suo definiuit. Colloqui Altenbergensis ista
sunt axiomata.

I. Christiani Concionatores predicare debent
verum Evangelium & non legem.

II. Opera bona leges & non obedientia, non ad
regnum Christi, sed ad mundum pertinent.

III. Lex non docet bona opera, nec deinde pre-
dicanda est, ut bona opera peragantur.

IV. Nihil ad nos Christianos precepta decalogi
pertinent.

V. Qui credit Christianus, supra omnem est
obedientiam & supra omnem legem.

VI. Ad Sabbatham spectant Christiani cum
operibus bonis.

VII. Sola fides sine operibus bonis efficit omnia,
non solum quod ad meritum, sed etiam quod ad re-
sentiam honorum operum attinet.

VIII. Precari Deum oportet, ut in fide sine bonis
operibus omnibus ad finem usque constanter perse-
ueremus.

IX. Ab Apostola Paulo non solum bonorum
perum meritum, sed etiam bona opera nostra excluduntur.

X. Paulus in semetipso adeo separat opera, &
institias a salute, ut ea pro reiectamentis, atque ad
co damnis salutis deputet.

XI. Falsa est propositio, Opera sunt necessaria
ad salutem incommode, si quisque perniciosa.

Hec ex professo refutat Christus, non modo per
bolis suis, sed etiam disertis iudicij descriptione, in
quod op tibus erit disceptatio. Nonne necessarium
erat seruos, qui unum talentum acceperat, ne esset
piger, nec piger hoc enim exprobrat illi Dominus. De-
inde ut videretur Domini pecunia, ad hoc enim de-
betur. Durum se non concedit, nec negat, hoc tantum
asserit, si aliena rapio, mea non quaeram? Non ergo
ad Christi regnum pertinet Christi parabola, inde
& gnauos seruos postulans? Profecto obedire seruis
Domino oportuit, & negociari, non modo credere
se iustos esse seruos. Nec illos legis suae Dominus, sed
factores esse voluit. Quid enim? non erat seruus
piger adeo impudens, ut diceret, supra omnem le-
gem, & obedientiam se esse, ad satanam spectare
suos cum negociationis operosa operibus, suam
solam fidem efficere omnia. Opera sibi non esse ne-
cessaria, nec quo ad meritum, nec quo ad prece-
ptum. Velle se sola fide, sine viliis in posterum opo-
ribus manere constantem. Denique esse perniciosa leg-
ce talibus instituti documentis ad iudicium Domini
mittunt infelices, ad hoc inquam iudicium, quare-
deret unicuique secundum opera sua.

S. 3. His Epicurorum & Epicuri dogmata axioma-
tis oppono praeter ea quae ex ipso textu attoli. San-
ctorum Patrum sententiam. Cyprianus de unitate Ecce-
siae. Nam & prophetare & demonia excludere, & vitia
magnas in terra facere, sublimis ritusque & admirabilisque
non tamen regnum coeleste consequitur, qui qui in hoc mundo
inueniuntur, nisi recti & iusti, inmerito observatione gloriatur.
Denunciat Dominus & dicit: Multi mihi dicunt, inquit
Domine, Domine nonne in nomine tuo prophetamus? & in
nomine tuo demonia excludimus? & in nomine tuo vitia
magnas secimus? Et tunc dicam illis: Numquam vos cognovistis
recedite a me qui operamini iniquitatem. Insuper opus est, ut
promereri quis possit Deum iudicem. Praeceptum enim & promissum
obtemperandum est, ut accipiant merita nostra mercedem. Do-
minus in Evangelio, cum spes & fidei nostra vitam sempiternam
breuius direxerit: Dominus Deus tuus inquit, Deus tuus est
& diliges Dominum Deum tuum de toto corde tuo, & de tota
anima tua, & de tota virtute tua. Hoc est primum mandatum:
& secundum simile huic: Diliges proximum tuum tanquam
te. In his duobus preceptis, tota lex pendet & Propheta. Porro
simul & dilectionem in ministerio suo docuit: Prophetam enim
legem preceptis duobus includit. Quam vero unitatem servat,
quam dilectionem custodit, aut cogitat, qui discenda iure re-
sanus Ecclesiam scindit, fidem destruit, pacem turbat, charita-
tem dissipat, Sacramentum profanat.

Quo vero spiritu agitentur Lutherani nostri, non
est difficile colligere vetera consideranti. Item l. c. 20. quod
De Simone Mago refert, eum dixisse: Prophetas ad unum
Angelis

Angelis mundi fabricatoribus inspiratos Prophetas protulisse, proinde ne eos curarent amplius, qui in cum & in se lenen eius sperarent: Et vt liberis agere, que velint, secundum enim ipsius gratiam saluati homines, & non secundum opera iusta. Semper etenim diabolo curæ fuit obtruncare virtuti, & bonis operibus. Quæ ex Apostolo adferuntur ad ea respondet Augustinus l. de operib. & fide cap. 14. Sanctus Paulinus Epist. 26. ad Victicum plane de operibus conuicia ratione loquitur, plenos operibus bonis ad celum Christianos ire proficitur. Quid ergo miremur tam patientem te esse meritum, tam diuitem gratiarum, cum hoc tibi fuerit virtutum in Christo rudimentum, quod longorum laborum paucis consummatio est? Dubitemus etiam nunc, an perfectus sis, qui de perfectione cepisti? Et si legitime coronandus sis agone, securus, cum currere cæperis ad coronam? Memineris quæ te iugiter illa die, qua te innumera meritorum tuorum cohorte comitatur, ornamentisq; felicibus completi, vt pretiosam suam ad maiorem suam arguitam rex æternus aptabit, nec tuarum tibi cæsum præmia se debere virtutū index iustus agnoscat. &c.

Sextus; de malis doctoribus, & operibus fidei, non modo veram doctrinam exposuit, verum etiam de nolitis hæreticis prophetauit. Ex his omnibus credo iam manifestum esse huius tantum professionem fidei ad vitam gloriam profuturam, qui eam habere se bonorum operum exercitatione, & sancta conuersionis professione monstrauerunt. Illi vero non satis ius prerogatiuæ collaturam, qui vitam suam probro delictorum inquinamento, & turpissimo flagitiorum ceno sedauerunt. Sed dices mihi, si fides absque iustitia operibus minus proderit, quomodo per Prophetam Dominus dicit: Iustus autem meus ex fide viuit? Non dixit peccator in fide viuit, si in delictorum suorum conuersione durauerit, aut si fidem habet, permanens in peccatis suis ex fide viuit, & peccatorem, etiam sperare non desinat, sola iustificat fides, demonstrare te par est. Ceterum eius rei præmium, quod solus iustus promittitur puto, quod in sua iniustitia perseverantibus denegatur. Meministi de baptisati non de Catechumenis haberi sermonem. Præfatus enim fuit Dominus nouissimis temporibus tales fore Doctores, qui sub velamento fidei, omnem disciplinam vigorem, atq; iustitiam adulterant niterentur per suasionem oblectatione deperire. Et idcirco huius sententia definitionem ac inextinguibilem iustitiam inuicem, ante construxit, quem nequaquam per nos se doctrina aries possit agitare. Iustus autem meus ex fide viuit, hoc est dicere, illi tantum fides proderit ad salutem, qui secundum me iustus esse voluerit, &c. Ergo inquit Iacobus, ne solum sibi fidem sufficere existimet, nihil solius fidei prerogatiuam, absque iustitia operibus ipsam profuturam esse restat est.

Nec tamen bona opera illi sine gratia agnoscunt: Sed gratia manantia. Optime enim Concilium Arelaticum c. 18. Debetur merces de bonis operibus si fiant, sed gratia, qua non debetur, præcedit, vt fiant. Itaque nec opera sine fide, nec fides sine operibus saluat, vt Professor ad c. 6. Gallorum respondet. Et Leo Sermon. 2. de Epiphania. Non enim dormientibus provenit regnum celorum, sed in mandatis Dei laborantibus, ac vigilantibus.

Audiamus igitur Alciuum Auitum Christiane carentem, minus ornate, sed vere.

Non vanum præ se tumefacta scientia nomen

Nostre ferat, sed iuncta sibi dilectio subsit,

Nam non Christicolæ nosmet sanctosque putamus:

Aggruat hoc etiam nomen ni facta sequantur.

Certe S. Athanasius grauiter monet Episcopum Dracontium Epistola ad eum scripta, ne fugiens Ecclesiamque deferens talentum abscondat. Si non acceptus denarius nequaquam ille te inuolauerit. Ceterum cum acceptus, eoq; in foderis, & in occulto habueris, merito inculcet, proferens illa verba, que absit vt audiat tua religiositas: Opportet te porrigere denarios meos trapeziti, vt ego veniens, ab illis repetam. Obsecro igitur vt tibi ipsi & nobis parcas: Tibi ipsi vt periculum euites: nobis, ne super te lugeamus. Curam habet

Adami Conzen in Euang. Tom. II.

tua Ecclesia, ne per te multi ex pusillis detrimentum accipiant aliquæ ex tuo exemplo occasionem nanciscantur se subducendi. Si igitur tempora merus, & formidine contractus id fecisti, nequaquam illud virilis est animi: oportebat enim, te secundum zelum Christi in istiusmodi temporibus specimen tui edere, & potissimum in grauioribus circumstantiis, fiducia libertateque rei, & dicere Beati Apostoli verba. In omnibus istis magnifice vincimus maxime ea de causa, quia non temporibus nos, sed Deo seruire condecet.

§. 4. De nummulariis, & usura non est pars necessaria, sed emblematica: nec Christus, quid recte fiat inter homines, sed quid fieri soleat, ostendit. Nec cum venturum se minatur vt furem, ideo furta comprobatur. Ideo oportuit igitur te pecuniam dare nummulariis, hoc est, lucellum aliquod congerere, etiam minimo labore. Hominem enim attentissimum ad rem, & vndiq; lucris inhiantem describit, vt iudicis nobis in exitu. Datur v-
tenti.
igenda ratione diligentiam ob oculos ponat, cuius calculus, ne obolus quidem effugiet. Eodem modo auferatur id quod habet, pigro, omnia enim dona in irritum cadunt.

Datur illi qui decem talenta possidet, ille enim vassus est. Docet vero Chrysostomus dari habenti, & vrenti. Quin & Beza, Eripi talentum male vsu.

Hoc etiam notandum quibusdam Græcis codicibus deesse verbum παντα, omni, sed est tamen in aliis, vt etiam latinis. Deinde Latini codices habent, quod videtur habere. Et pauci Græci δὲ δοῦναι ἔχον, quod videtur habere, ceteri δὲ ἔχειν, quod habet. Addetur autem habenti. καὶ περισσεύσας, abundabit, supererit illi. Syrus tantum habet: כל אשר יהיה לו veneth thesaph lech. Et adijcietur ipsi. Male Origenes. Omni habenti ex se fidem dabitur gratia. Nemo enim ex se fidem habet, cum sit gratuitum donum Dei.

VERSUS 31.

Cum autem venerit filius hominis in maiestate sua & omnes Angeli cum eo, tunc sedebit super sedem maiestatis sue.

QVÆSTIO I.

An venturus sit ad iudicium Christus.

§. 1. **Q**uod hætenus parabolice inculcauit, nunc aperte, & remoto velo proponit, se esse sponte, se esse patrem familias, se iudicaturum. Nunc laborandum esse, nunc talentis negociandum, vasa oleo complenda, tum fore clausam, ianuam misericordiarum, superfuturas tenebras. Salubre monitum est Chrysostomi. Ἀντὶς ὁ κλησόμενος καὶ ἐν δόξῃ καὶ ἀποτίμῳ μέλει, οὐδὲς ἡμᾶς ἐλεήσει λαίπρον, καὶ μὴ εὐλα βελώνηται. Si enim nunc negligentes simus, & per ignauiam degimus ætatem, nemo nostrum de cætero miserebitur, & si decies milles steamus. Hic igitur iam de talentis ratio putabitur τὰ χαρῶτα, inquit Chrysostomus, δὲ ἐν ταῖς καὶ οὐδὲν διώμας εἶτε ἐν πνεύματι εἶτε ἐν χηρίματι, εἶτε ἐν διδασκαλίᾳ, εἶτε ἐν αἵματι εἶτε δὴ ποτε πρὸς μακρὰ πείρω. μηδὲς οὖν λέγεται ὅτι ἐν τῷ λαῶν ἐχω, καὶ ὁδὸν διώμας ποιῶ. διώμας δὲ ἡ δὲ ἐνὸς διδοικέται. Id est. Talenta enim hic pro eo quod vniuersisq; facere potest accipimus, siue autoritate protegere, siue pecuniis iuuare, siue doctrina admonere, siue alia quapiam re proximis prodesse queas. Nemo secum dicat, cum vnum talentum habeam, nihil possum efficere: potes profecto ex vna te sola comprobati.

§. 2. Hoc tam terribile iudicium, vt metum mentibus demerent, & ostium omnibus flagitiis aperirent, iudicium multi hæretici negarunt. Principio quidē ea de causa qui nega-
Christianos irridebant Ethnicis. Ita Tertul. Apol. c. 48. rinit.

Rr 2

Itaque